Universitätsbibliothek Paderborn

In Hoc Libello Continentvr.|| Divo Maximiliano Avgvsto Chvnradi Cel||tis rapsōdia Lavdes Et Victoria De Boe-||mannis Per Septem Electores Et || Regem

Celtis, Konrad

Auguste: Vinde:, 1505

VD16 C 1897

Divo Maximiliano Avgvsto Chvnradvs Celtis Se Et Collegivm Mvsarvm Commendat

urn:nbn:de:hbz:466:1-14416

Visual Library

DIVO MAXIMILIANO AVGVSTO CHVNRADVS CELTIS SE ET COLLEGIVM MVSARVM COMMENDAT

Abeunti mihi ſuperiori anno a maieſt. tua Cęſar Auguſt. (inter alia que mihi/
de tua diuina hiſtoria et inluſtrata Germa: conſcribēda mādata dediſti) iniūx
iſti: pro uirili eniterer: ut ad archigymnaſiū tuū Viennenſe eloquētiam Rho/
manā Veteremq́ et ſolidā Philoſo. inferrē. Eiuſq́ rei grā Conle. poe: quo doc
ti uiri et ingenui adoleſcētes coaleſcerēt: te inſtituiſſe iubebas: ſubiūgens pro
noſtro℞ tēpo℞ foelicitate ſapiētiam cū eloquētia coniungere poſſe pulcherri
mum inſtitutū eſſe. O dignā Rho. Cęſare uocē et ęternis carminibus celebran
dam: qđ inter tantā curarū tuarū molem: hoc eſt de ſalute et cōſeruatione impe
rii et religionis noſtrę: de litteris (q̄bus imperia fultiūtur) inter tātos etiam
Germanię motus curam haberes. Executus ſum nō ſegniter et cū omni ſtudio
et uigilātia qua potui: illa tua diuina ſenſa et mādata: Bibliothecāq́ regiā: q̄n/
tumcūq́ adhuc tenuem: gręcis tamen et latinis: exoticiſq́ autorib⁹ ornatam: in
ſtruxi. Matheſeos etiā libris ex ordine poſitis: nup a maieſt. tua coemptis: cū
globis non paruis: et chartis utrāq́/cęli et terrę ſupficiem deſignātibus. Inte/
rea clariſſ. adoleſcentū et ętate prouectiorū ingenia: q̄buſcūq́ potui illectamē
tis ad eloquentiā et philoſ. inuitaui: Ad utrūq́ etiā ſcribēdi genus: et orōis
et carminis: precepta et themata in delectu publico ꝓpoſui: inſtructis ueterū
oratorū more claſſibus declamatoriis: Gręce etiā grāmatices rudimēta: quę p
neceſſaria homini latino ſunt: quoad potui aperui: Nec ſpe mea fraudatus. ex
illo. n. ingenuorū auditorū grege: uoti cōpos nō paucos igenuos lrarū amo/
re inflāmatos repperi: quos ſcribēdo illuſtres (ſi ut coeperūt perrexerint) fu
turos ſpero. Qui tibi iā: et ęternis tuis laudibus et uictoriis: certatim et nūcu
patim: ꝓmitias et expimēta ingeniorū ſuorū: in hoc libello ipreſſo dederūt: et
deuoto in te ſtudio amoris et obſeruātię dedicant: et grās genu nixi: ut corā
deo fit: de erectione Conle. cum his uerſiculis.

(Ergo colat uarię te princeps hoſtia linguę:
Nam noua tēpla tibi pectora noſtra facis)

Agunt et referūt. Inter quos etiā aliquos ueteranos: cōmilitones meos et pri
mipilares (qui tuis ęternis laudibus deeſſe nō uoluerūt) inuenies: Quorū ob
ſeqoſa carmina tanq̄m caſtrenſia quędā munera: ex Colle. tuo tanq̄m ſigna mi
litaria manipulariter prodeūtia: Rex inuictiſ. placida et ſerena fronte ſuſcipe
Qui ubi ętate et tpe (Nam dies diē docet: et liber librū aperit) maiorē erudi.
tionē nacti fuerint: lōge maiora i laudes M. tuę ad poſteritatē conſcribēt. Va
le Cęſar Auguſt. urbis et orbis amor: multoſq́ nobis ex te et tuis nepotibus
reges et Auguſtos daturus. Ex frontiſterio noſtro et cōtubernio lrario Viēnę
kalēdis Martiis. Anno ſcđo erectionis Conle. Salutis uero noſtrę. M. D. IIII.